

7 (*Annunziata*, n. 585)

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

7 (*Annunziata, n. 585*)

1412 marzo 5, Ind. V, Matera

In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo quatragesimo
 duodecimo. Regnante serenissimo domino domino
 nostro Ladislao Dei gratia Hungarie, Ierusalem et
 Sicilie, Dalmatie, Crohatie, Rame, Servie, Galitie,
 Romanie Bulgarieque rege, Provincie et Forqualquerii ac
 Pedimontis comite, regnorum vero eius anno vicesimo
 quinto feliciter amen, mense martii, die quinto eiusdem,
 quinte indictionis, Matere

1

Nos Iacobus Cicci de Iohannucio annalis Matere
 iudex, Iohanucius Birardi de Sinerchia de eadem
 terra puplicus ubique per totum regnum Sicilie regia
 auctoritate notarius et testes infrascripti, videlicet
 Andreucius Roncella, Angelus Iohannis Buczerii ,
 iaconus Bartholomeus Antonii Fornarii, frater Cobellus
 guardianus ... sancti Francisci de Matera, frater Angelus
 de Tricarico frater eiusdem loci et Carlucius Candidus
 de Neapoli fratres... subsignati licterati et inlicterati ad
 hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto puplico
 fatemur, notum facimus et testamur quod prescripto die
 ibidem accessitis ad locum monasterii ecclesie sancte
 Marie Nove de Matera ad requisitionem et preces nobis
 factas pro parte honestarum religiosarum monialium
 eiusdem monasterii constitutis, in nostri presentia ante
 portas seu ianuas ipsius loci, infrascriptis sororibus
 monialibus, videlicet sorore Florella priorissa , sorore
 Thomasia, sorore Marieta, sorore Lucia et cetere alie
 sorores quasi pro maiori et saniori parte ipsius loci
 asseruerunt pariter coram nobis quod ipse, tamquam
 sorores moniales ordinis predicatorum sancti Dominici
 Dalmatie - comite *manca in N*

sub quo penitus sunt profexe beati Agustini regulam profexando, sub constitutionibus ordinis predicatorum, de qua profexione publice et aperte nobis apparuit per scripturas servatas in quodam libro ipsarum monialium, continentes profexiones diversarum ipsarum sororum factas ... in eodem loco in ordine ..., hiis verbis videlicet: Ego soror N. ordinis predicatorum promicto Deo et beate Marie stabili // (201v) tatem castitatem et puritatem observare in ordine beati Dominici secundum regulam beati Agustini et tibi sorori N. priorisse [ecclesie S. Marie de Nova], vice fratris N. magistri eiusdem ordinis, quod ero tibi obediens tuisque successoribus usque ad mortem. Ex [nonnullis] molestationibus, vexationibus mandatisque indebitis eis factis per vicarios spirituales ... in Christo patris et domini domini N[icolai]. archiepiscopi Acherontini in Matera, sentientes et considerantes [habere] quodam privilegium papale vigore [cuius credunt] se fore exemptas a dictis vexationibus et mandatis intendentes, sorores ipse moniales privilegium ipsum velle per nos authenticare, ut clare et apparenter possit ad cautelam tam propria ... [quam] ceteris aliis quarum et cuius interest et poterit interesse ostenderunt et presentaverunt coram nobis privilegium ipsum papale in carta veteri membranea et antiqua scriptum ... tam nomine et cognomine ipsius patris sancti domini pape quam aliorum episcoporum presbyterorum et dyaconorum cardinalium eiusdem domini pape, qui tunc in compilatione ipsius privilegii... interfuerunt, iuxta ipsius continentiam et tenorem, quod privilegium vidimus, legimus, legi audivimus et inspeximus diligenter et erat per omnia tenoris et continentie sequentis videlicet: cf. n. 3 Et petierunt predictae sorores moniales nostrum predictorum iudicis

et notarii super hoc officium nostrum quod est
 puplicum implorando quia privilegium ipsum papale //
 (204r) erat remansurum in dicto loco seu ipsarum
 monasterio ad earum cautelam, ut privilegium ipsum
 iuxta ipsius continentiam et tenorem ad certitudinem
 eiusdem patris sancti domini pape et omnium quorum
 et cuius interest et interesse poterit et dictarum sororum
 monialium cautelam transcribere autenticare et in
 puplicam formam reddigere deberemus et conficere
 exinde puplicum instrumentum ... Nos vero videntes
 easdem sorores moniales iusta petere ... privilegium
 ipsum autenticavimus et in presentem puplicam formam
 reddigimus ...

2

3

4

5

6

7

8

9

N Ricci de Chanutio
 ubique - auctoritate *manca in N*
 et testes - fatemur *manca in N*
N predicto
N accorsitis
Manca in N
 sorore Thomasia - quasi *manca in N*
N irritando

6

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

F predictorum

N universales

N adiri

N prima sub

N paupertatem ac obedientiam

N ecclesie S. Marie de Nova

N nonnullis

Manca in N

N redentore

Nicolaus Piscicelli, cistercense, attestato come arcivescovo di
Acerenza dal 1407 al 1415; Cf. Eubel, *Hierarchia Catholica*
, I, p. 70.

N et Matherani

N habere

N pape

N cuius credunt

24

25

26

27

Quod scripsi ego prefatus Iohannucius puplicus...
notarius...

#Iacobus Cicci de Iohannucio annalis qui supra Matere
iudex

#Ego Andreucius Boncellus testor qui supra

#Signum crucis proprie manus Angeli Iohannis Buceetri
testis ut supra scribere nescientis

#Ego Carlucio Candido testis sum

ut clare - interesse *manca in N*

N potierunt

N fine

Così *F*